



HIERON. ZANCHII,
 THEOLOGI CLARISSIMI,
 EPISTOLARVM
 THEOLOGICARVM
 LIBER I.

*Seniores & Ministri in synodo Pinconuensi, Mi-
 noris Polonia congregati, Professoribus
 Theologiae, & Pastoribus Ecclesiae
 Argentinenfis,*

Gratiam & pacem à DEO Patre, & Domino Iesu
 Christo.

NON dubitamus, fratres in Domino
 venerandi, ad vos vsque peruenisse
 rumore de turbatis Ecclesiis no-
 stris per Stancarū, qui Sabellii do-
 gma de Trinitate, & Nestorii de
 Christo Mediatore, vnico Filio Dei resuscitauit:
 quod quoq; ipse, quanquam tergiuersetur, libel-
 lo impuro edito contra omnes vbiq; pias Eccle-
 sias, quas *Arianas* vocat, non obscure testatur.
 Nos verò cū simus fratres vestri in Domino,
 eundem Christum Filium Dei, verum Deum &
 hominem Mediatorem nostrum apud Deum
 Patrem agnoscentes, nolimus ea de re vos non
 commouere: quin & hortari, quò communem
 veritatis hostem, coniunctis viribus adoriamur

A E